

In p. 2. 3. de Gratia Habituali. Dub. 8. gratia non de creatura, sed de potentia obedienti animæ educitur.

Data tamen opinio Scoti, & aliorum volentium, gratiam fieri per creationem: adhuc dico: sacramenta concurrere, ut instrumenta physica non quidem gratiam animæ, seu ad eam reddendam gratiam Deo. Sicut Deus etiam creat animam, rationalem; & homo physice agit, tum ponendo dispositiones, tum communicando animam corpori; & sic generando hominem. Et ita solus Deus gratiam causat; sacramenta autem sunt instrumenta, per quæ gratia communicatur animæ, & apta fit gratia Deo.

XIII. Obijciunt secundo. Baptismus, qui in puncto suæ receptionis propter fidem recipientis seu obicem gratiam illi non contulit, recedente postea fide, seu obice, eam conferit, ut docent S. Th. 3. p. 9. q. 69. a. 10. cum S. August. 1. 1. de Baptismo. contra Dyst. c. 1. & Theologi communiter: sed tunc eam non causat physice, cum Baptismus tunc non sit, sed transferit: quod autem physice non est, physice causare nequit; ergo causat solum moraliter.

XIV. Mirro Nostratam solutionem, qui distinguunt inter sacramenta, quæ imprimunt christum, & ea, quæ non imprimunt. Loquentes de primis dicunt, sacramenta sicut suscepta, recedente obice, & fide, causare gratiam physice, ratione characteris in anima relictæ: qui cum impediatur a fide, non gratiam, ad quam dispositi, ponent in subiecto, hæc remota, eam producit. Cui favere videtur S. Thom. loco citato in objectione. Loquentes vero de secundis (dico, quod etiam ista, recedente fide, reviviscant) dicunt, sacramentum, puta Extremæ unctionis, sicut susceptum, recedente fide, producere gratiam physice, ratione determinationis relictæ in voluntate: quæ verificatur, cum voluntarie suscipitur sacramentum; & hæc fuisse, ut, recedente obice, gratiam physice producat. Probabilia quidem hæc sunt, sed cum difficultatibus fœtantur.

Respondet, concedendo, quod in alio casu, Baptismus, & alia sacramenta causant gratiam solum moraliter. Rationem enim consentaneam videtur, ut sacramentum causet gratiam secundum modum essendi, quem habet: ita ut illam physice causet, quando physice est; & moraliter solum, quando extrinsecus solum moraliter & in divina acceptatione, ut contingit in casu. Neque hoc officit sententia supra facta. Quia hæc loquitur de sacramento existente: cum existens sit, una ex conditionibus ad physice causandum. Et sicut est eo, quod aliquando per accidens sacramentum causat gratiam, quando non est: non sequitur, quod per se, & semper causet illam, quando non est: sic ex eo, quod aliquando causat gratiam solum moraliter, non sequitur, quod per se, & semper illam causet solum moraliter.

XV. Obijciunt tertio, & potest esse replica. Non potest assignari, quoniam sacramentum causet physice gratiam, maxime sacramentum, quod consistit in usu, & successive perficitur. Non enim causare potest, quando actu ministratur, quia tunc nondum completum est: neque dum est completum, quia tunc amplius non est: enim successiva quando desinit, & completum, amplius non sunt: desinit enim per primum instantis sui non esse, ut ex 6. Physicorum; ergo &c.

XVI. Respondet, hæc difficultatem communem esse omnibus actionibus successive causantibus. Actio enim, quæ alterando lignum producit ignem in ligno, non potest causare ignem, dum actus alterat lignum: quia tunc motus alterationis nondum completus est: neque dum motus est completus, quia tunc motus alterationis amplius non est. Dico ergo, gratiam per sacramentum produci in instanti ultimo terminativo probationis verborum, dummodo non ponatur obex. Hoc enim, quod S. Thomas, 3. p. 9. q. 75. art. 7. ad 1. dicit de conversione panis in corpus Christi, nempe: *Ultimum instanti probationis verborum esse primum instanti, in quo in sacramento est corpus Christi*; ultimas nos de effectu omnium sacramentorum, quæ in usu consistunt: nempe, ultimum instanti probationis verborum, quo sacramentum completum est: esse primum instanti, in quo gratia in anima est. Ad id vero quod dicitur, quod sacramentum in eo instanti amplius non est, distinguo. Non est intrinsecus, & in fieri, conc. ant. extrinsecus, & in esse completo, nego. Tunc ergo solum gratia primo producta est, quando sacramenti actus ultimo completa est. Hæc autem est natura actionis successive, ut non compleatur, antequam per ultimum sui esse, sed per primum sui non esse. Et sic quemadmodum forma substantialis, tunc primo est, quando alteratio desinit, & primo non est; sic gratia tunc primo est, quando actus sacramentalis completa est, desinit, & primo non est. Sed hæc ad Philosophos.

XVII. Obijciunt tertio. Ad rationem instrumenti physici requiritur, ut immediate attingat passum: sed sacramenta sæpe localiter distant ab homine, in cuius anima est producenda gratia: ut patet in sacramento Pœnitentiæ: verba enim Sacramenti absolventis sæpe in locali distantia proferuntur, nec pœnitentem physice contingunt; ergo &c.

XVIII. Respondet, instrumentum physicum debere quidem contingere passum contactu virtutis derivatæ a causa principali: non tamen contactu supposito, & locali, maxime si sit instrumentum divinæ virtutis: cuius duplex est ratio. Prima: quia propinquitas localis agentis ad patientem, in quod agit, est conditio, quæ a Deo suppletur. Secunda: quia divina virtus cum ratione sua immensitatis sit intime cuicunque subiecto præsens, potest assumere instrumentum; & illud efficax reddere, etiam in rem localiter distantem. Sic Christus, Marth. 8. sola voce sanavit puerum Centurionis absentem, Joann. 4. fa-

nirari reddidit solum Reguli distantem & Joann. 11. voce vocavit animam Lazari in Limbo existentem. Hinc S. Thom. 2. 2. q. 178. art. 1. ad 1. Inferit. Deum posse elevare interiori animi actum ad physice patrandam naturalem in re exteriori. Et habemus exemplum etiam in miraculis. Nam ælimativa licet sit in capite, operatur tamen instrumentaliter in pedibus, & movet ipsum; quia anima, cui conjungitur, & cui ut cause principali servit in tali motu, in pede est. Sic etiam sacramentalis absolutio, licet in absolvente sit, potest instrumentaliter operari remissionem peccatorum in pœnitente: quia divina virtus, cui ut cause principali in tali effectu servit, nedom in absolvente, sed etiam in pœnitente est.

Nec tamen hinc inferas: quod cum divina virtus, ubique sit, possit sacramentum in quacunque distantia operari. Nam licet absolute hoc possit, si Deo placuisset: voluit tamen Christus, ut sacramenta applicarentur humano modo; ideoque in verbis sacramentorum voluit, ut adhibeatur illa particula *Tes*, ut designarent subiectum, cui conferretur, debere esse præsens, ut sacramenti effectum fortiter: licet non fuerit præsentiam ita esse necessariam, ut requiratur semper contactum immediatum, & suppositum, sed sufficit contactus virtutis, ut in casu ablationis.

XIX. Obijciunt quarto. Instrumentum physicum debet habere aliquam actionem sibi propriam, quæ dispositivè operetur ad effectum principalem agentis. Quia ratio S. Thom. 1. 2. p. 9. q. 5. a. 3. docet, nullam creaturam posse, ad huc instrumentaliter, assumi ad creandum: quia contra naturam creationis est habere aliquid, quod dispositivè operetur ad effectum ejus, qui est totum ens ex nihilo profusus: ad sacramenta non habent actionem propriam, quæ possint dispositivè operari ad effectum Dei, nempe ad gratiam; ergo &c.

XX. Respondet, conc. maj. de cuius veritate egimus, Tom. 1. in 1. par. Quæst. de Deo Creatore. Dub. 3. S. 2. C. 3. neg. mihi. Sicut enim dum quis vult ferre ad faciendum scammum, adest actio propria ferre, nempe, ferre, & actio propria artificis, nempe, facere scammum: ita proportione servata in sacramentis adest aliqua actio propria circa corpus, ut in aqua Baptismi corporis ablutio; & actio quam habet, ut instrumentum divinæ virtutis, nempe, anima ablutio per gratiam; & hoc est quod August. dicit, *Tract. 80. in Joann.* quod corpus tangit, & cor abluit.

Ad id vero, quod in conerariis obijciunt, dist. min. Quia possunt dispositivè operari ex parte rei operatæ, conc. min. Ex parte modi operandi, nego min. Ut enim diximus citato loco, *num. 26. C. 17.* cum instrumenta a Deo assumuntur, ut cum eo communicent, etique servant in operando, sicut interpres servit. Principi in loquendo; debent & ipsa aliquid operari ministeriali, & preparatorio modo: non tamen semper operando aliquid, quod sit dispositivè ad effectum Dei, sicut actio ferre producit scammum, quæ est dispositivè ad effectum artificis: sed dispositivè ex parte modi operandi, id est, ut operatio propria instrumenti sit talis; ut illud reddat proxime capax, ut a causa principali assumatur ad effectum suum potius, quam ad aliud. Sic aqua Baptismi abluendo corpus certe non producit, aliquid, quod sit dispositivè ad ablutioem animæ: illam tamen reddit capax, & congruam, ut a Deo assumatur, & eleveur ad abluendam etiam animam. Et hoc modo res sensibiles in sacramentis dispositivè concurrunt, ut instrumenta Dei, ad physice producendum gratiam.

XXI. Obijciunt quinto. Ut sacramenta essent instrumenta physica ad causandum gratiam, debent intrinsecus a Deo elevari aliqua motione, aut virtute, alius esse impotentia, & inepta sicut aënea; sed explicari non potest qualis sit ista vis, seu motio. Non enim est corporea; quia est inproportionata ad effectum spirituales, qualis est gratia. Neque spiritualis; quia est inproportionata sacramento, quod est subiectum corporeum, & sensibile.

XXII. Respondet, conc. maj. Et ad min. dico, motionem, & vim, quæ sacramenta elevantur, esse spirituales. Eto autem virtus spiritualis non potest recipi in subiecto corporeo, per modum habentis esse completum, & permanentem in illo: bene tamen in eo potest esse per modum habentis esse incompletum, vitale, & motionis transiens. Et ratio est: quia accidens incompletum habet esse solum vitale, & ad modum motus, licet ex ea parte, quæ est accedens, dependet a subiecto; ex ea tamen parte, quæ est vitale, & per modum motus, magis debet commentari agentis, & termino a quo est, & ad quem datur, quam subiecto in quo recipitur. Nam via, & motus, quia tales, respiciunt utrumque terminum, & a quo, & ad quem sunt. Unde si causa, a qua producantur, & terminus, ad quem ordinantur, spirituales sunt, ut contingit in presenti; tale accidens spirituale esse debet. Accidens vero habens esse permanentem, & completum, solum est subiecti, cui inest; non vero alterius, vel a quo sit, vel ad quod ordinatur: unde debet subiecto proportionari, & corporeum esse, si subiectum corporeum sit. Quare axioma illud: *Quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur*, explicari debet de accidente in subiecto esse permanentem, & completum, quia tale accidens est propter subiectum; non autem de accidente habente in subiecto solum esse vitale; hæc enim non recipitur in subiecto propter subiectum; & ideo est supra modum recipientis, illud elevans, ut serviat agentis ad productionem effectus ab ipso intenti.

Hæc responso aperte traditur a S. Thoma, 3. p. 9. q. 65. art. 4. ad 1. his verbis: *Virtus spiritualis non potest esse in corpore per modum virtutis permanentis, & completæ. Nihil tamen prohibet, in corpore esse virtutem spirituales instrumentaliter; in quantum scilicet corpus potest moveri ab aliqua substantia spi-*

rituali ad aliquam effectum spirituales inducendum: sicut & in ipsa voce sensibili est quodam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis; in quantum procedit a conceptione mentis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis, in quantum ordinatur a Deo ad effectum spirituales. Et inferiori, quæ 69. art. 3. ad 1. ostendit, quod quia character est in anima, sicut quædam virtus instrumentalis habens esse incompletum, potest esse in anima immutabiliter, quamvis anima sit mutabilis: contra gratiam, quæ est in anima, sicut forma habens esse completum, est mutabiliter in anima, quia anima est mutabilis; ut infra dicitur.

Nec valet, quod nihil corporeum posse adhuc vitaliter, & per modum motus recipi in subiecto spirituali. Nam in tantum virtus spiritualis potest recipi in subiecto corporeo, in quantum corpus potest moveri a spiritu, etique subiecti ad aliquem effectum spirituales producendum: spiritus autem non potest moveri, aut subijci corpori.

XXIII. Obijciunt sextæ, & repliant. Virtus illa spirituales nascitur in quantum patet sacramenti recipitur, an in materia, an in forma, nempe, verbis. Respondet S. Thom. 3. par. q. 63. art. 4. ad 4. *Quod sicut eodem vis principalis agentis instrumentaliter invenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectum, prout sunt quædam ordines unum: ita etiam eodem vis sacramentalis invenitur in verbis, & rebus, prout ex verbis, & rebus profertur unum sacramentum.* Ita ut totaliter sit in materia, & forma simul: sicut enim illis dabus conficitur unum sacramentum; ita ex partialibus eorum motionibus conficitur una totalis motio.

XXIV. Sed contra est. Non potest explicari, quomodo hæc motio, seu virtus recipitur in verbis. Vel enim recipitur in omnibus verbis; immo & syllabis formam sacramenti componentibus; vel solum in ultimo verbo, aut syllaba. Non primum: quia cum verba, & syllabæ successivè proferantur, virtus illa esset divisibilis in partes, quarum una esset post aliam; & non esset tota simul: & sic gratiam, quæ tota simul producit, causare non posset. Nec secundum: si enim in ultimo verbo, seu syllaba virtus gratiæ productivè recipitur; gratia non adscriberet toti sacramento, sed illi soli ultimæ syllabæ.

XXV. Respondet primo, retorquendo instantiam. Nam, ut supra diximus ex D. Thom. in voce sensibili est aliqua spiritualis vis ad excitandum intellectum hominis est impressa ab anima. Item in motu alterationis, quo ignis agit in lignum, est vis productiva forme ignis. Quæro igitur: Hæc virtus recipitur ne in omnibus partibus, nempe, syllabis illius vocis, aut dictionis, & in omnibus partibus illius motus; an solum in ultima syllaba illius dictionis, & in ultima parte illius motus? Quidquid dicent Adversarii, dicemus nos in presenti.

Missis ergo variis loquendi modis, probabilis sententia, vim sanctificandi non solum in ultima parte completiva sacramenti, sed in ultima prolatione forme sacramentalis. Sicut enim tunc solum quando ultima syllaba forme profertur, sacramentum primo completum; sed tunc primo vim sanctificandi habere debet. — Ad id vero, quod obijciunt, nego illatum. Omnes enim partes anteriores sanctificant physice per illam ultimam syllabam, in qua consummatur locutio; in qua virtualiter continentur, & cum quæ omnes faciunt unum sacramentum. In ea enim parte, quæ immediate sanctificat, remanet aliquis effectus partium præcedentium; sicut in ultima parte motus remanet aliquid partium, quæ præcesserunt. In electione mediourum manet intentio finis, ex qua, licet transeat, habet efficaciam; ut tota orbis, & omnes partes arboris generant aliam arborem; & tamen illam generant solum per fœnem.

XXVI. Obijciunt septimo. Compositum morale non causat, nisi moraliter: sed sacramenta ex dictis sunt composita tantum moralia; ergo &c.

Rursus: sacramentis debemus dare modum causandi dignorem; & nobiliorem: sed modus causandi solum moraliter dignior, & nobilior est: ergo modus causandi physice: Reges enim, & Principes causant solum moraliter, præcipiendo, monendo, adhortando, reliquientes Ministris, ut physice exequantur ergo &c.

Tertio. Sacramenta causant gratiam applicando merita, & Passiones Christi: sed merita, & Passio Christi cum jam præterierint; causant gratiam solum moraliter, movendo Deum; ergo etiam sacramenta.

XXVII. Respondet ad primum, nego absolute major. Nam estio partes sacramenti, nempe, materia, & forma, moraliter solum uniantur; artem aliquid physicum sunt, ac vere, & physice adhibentur. Aqua enim physice abluit, & verba forme physice proferuntur: unde capaces sunt, ut assumantur ad physice gratiam producendam.

Ad secundum negari potest maj. Quid enim nobiliss Deo, qui tamen causat non solum moraliter, sed etiam physice ipsam gratiam: ex quo sequitur, quod sacramenta, quæ sunt ipsius Dei instrumenta, eam causent physice. — Attamen dico, quod nobiliss esse causare moraliter, & non physice effectus yiles, & obiectos, non autem effectus digniores, & nobiliores: hos enim Reges per se ipsos faciunt. Quid autem inter effectus nobiliss est, quam gratia? Sicut ergo hæc Deus physice principaliter causat; ita eam causat per sacramenta, tamquam per instrumenta, quibus physice suam virtutem largitur.

Ad tertium, nego min. Nam ut docet S. Thom. 3. par. q. 63. art. 5. Christus sui Passionem non solum meritorie, sed Efficaciter liberavit nos a peccatis nostris; igitur etiam nunc

physice remissionem per sacramenta operatur. Non quidem sola Passio in se; sic enim jam præterit; sed ratione subiecti, in quo fuit, nempe, Christi humanitas, & caro. Cum enim humanitas Christi sit instrumentum conjunctum divinæ, & sacramentum sicut instrumentum separatum: Operatur, quod virtus salutaris a divinitate Christi, non agit humanitatem, in ipsa sacramenta deponitur. Ita S. Thom. citatus, in corpore, qui ibidem ad 2. ait, quod *Virtus, prout erat in principio apud Deum, virtus animæ, sicut agens principale: caro tamen ejus, & mysteria in ea perpetua operantur instrumentaliter ad animæ vitam.* — Dato etiam, quod Passio Christi nunquam operetur solum moraliter, non sequitur, hoc modo operari sacramenta: sed potius operari eo modo, quo Christus sui Passione meruit, ut operetur, meritis autem, ac merendo impertravit, ut sacramenta haberent vim conferendi gratiam.

XXVIII. Tandem obijciunt. Oculis corporis nobilior est aqua Baptismi: sed oculus corporeus elevari non potest ad videndum spiritum; ergo neque aqua Baptismi ad producendum gratiam: plus enim est producere, quam videre.

Respondet, conc. præmissis neg. conf. De hoc egimus, Tom. 1. in 1. par. Tract. de Visione Dei. Qu. 1. Dub. 5. S. a. nu. 25. & discrimen assignavimus. Quod oculus, cum sit potentia vitalis, debet videre spiritum per modum cause ab intrinsecis se moventis, & non motæ ab alio; & proinde per modum cause principalis. Cum autem ad videndum spiritum, qui est supra spheram essentialium sui obiecti, deberet assumi ut instrumentum, agens ut motum, non ut se movens, quod est contra essentialium actus vitalis; non potest assumi ad videndum spiritum, sicut nec actus intellectus ad producendum gratiam. Aquæ vero Baptismi, utpote rei inanimi non repugnat instrumentaliter agere: ideoque est gratia fit supra spheram suæ activitatis; quia tamen est intra spheram divinæ virtutis, a qua movetur, potest elevari ad eam instrumentaliter producendam.

DUBIUM IV.

An Sacramenta Vetera causarent Gratiam ex Opere Operato.

S. I.

Resolutio Generalis.

Dico, Sacramenta vetera, etiam Mosaica (excepta Circumcisione, de qua Dubio sequenti) conferbant gratiam solum ex opere operantis, non vero ex opere operato. Prior pars probatur. Nam omnia opera bona Iustorum facta ex fide in venturum Meritum, non solum in Lege Mosaica, sed etiam Lege nature erant meritoria augmenti gratiæ; & in iis, qui in peccato erant, disponebant ad justificationem: unde, Rom. 2. ver. 13. dicitur: *Estis legis justificabimini.* Et Jacobi 2. ver. 21. *Abraham pater noster non ex operibus justificatus est? . . . Vides quoniam fides cooperatur operibus illius, & ex operibus fides consummatur est.* Sed susceptio sacramentorum veterum a Deo institutorum erat opus bonum spectans ad Religionem & obedientiam; & erat quidem protestatio fidei in Christum venturum; ergo qui cum tali fide ea suscipiebant, justificabantur ex opere operantis. Unde S. Thom. 3. par. q. 63. art. 6. ait: *Et tamen per fidem Pœnitentiæ Christi justificabatur antiqui Patres; sicut & nos. Sacramenta autem veteris Legis erant: quædam illius fidei protestationes, in quantum significabant Pœnitentiam Christi, & effectus ejus. Sic ergo patet, quod sacramenta veteris Legis non habebant in se aliquam virtutem, quæ operetur ad conferendum gratiam justificantem; sed solum significabant fidem, per quam justificabatur.* Ex his ultimis verbis.

II. Probatur secunda pars. Conferre enim gratiam ex opere operato est, eam conferre vi actionis sacramentalis a Christo instituta, a quo hæc efficaciam accepit: sed actiones sacramentorum veteris Legis hæc virtutem in se non habebant; ergo &c. Min. prob. Nam Apostolus ad Galat. 4. ver. 9. vocat ea: *egena, & infirma: Quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus deum servite vultis? Hebr. 7. ver. 18. ea vocat infirma: Reprobatio fit procedentis mandati (id est mandatorum Ceremonialium) propter infirmitatem ejus, & inutilitatem.* Quæ S. Thom. 3. par. q. 61. art. 4. ad 2. dicitur: *(inquit) quod sacramenta veteris Legis Apostolus vocat, egena, & infirma elementa; quia gratiam nec conferunt, nec causant. Et ideo aënes illis sacramentis, dicit Apostolus, sub elementis mundi Deo servit; quia scilicet, nihil aliud erant, quam elementa hujus mundi.*

Secundo probatur. Ut sacramenta possint ex opere operato justificare, debent habere annexim operi promissionem gratiæ, & remissionis peccatorum: at soli sacramenta nova hæc habent. Unde Paulus, Hebr. 10. ver. 3. ait: *Impossibile enim est sanguine aurorum, & hircorum aspersis peccata.* Et cap. 8. ver. 6. de Christo: *Nunc autem (inquit) melius servitium est in melioribus repositionibus sanctum est.* Et ver. 12. exponens quænam sint ista meliores repositiones, affectu illud Jerem. 13. ver. 34. *Quia propitius ero iniquitatibus illorum.*

Hæc omnia confirmant Patres & Augustinus, Tract. 41. in Joan. in illis (inquit) *Sacramentis non erat expiatio peccatorum, sed umbra futurorum.* Et in Psalm. 73. *Alia sunt sacramenta dantis salutem, alia promittentia Salvatorem.* Sacramenta novi Testamenti dant salutem, sacramenta veteris Testamenti promittunt Salvatorem. Murata sunt sacramenta, facta sunt facilliora, pauciora, salubriora, felicitiora. Conformer loquitur

Qu. 25. in Numeris, ubi de Sacrificiis Legis: Quae si per...

III. Pulchram hujus congruentiam asserit S. Thomas, 3. par. q. 62. art. 6. Congruerit enim, ut, quia omnis justitiam...

S. II.

Solutio Objectionum.

IV. Primum obijci potest. Leviticus 4. q. 6. ceremoniis...

Respondet ad hoc, & similia, ceremoniis Legalibus...

V. Obijci secundo potest, 1. Petri 3. ver. 20. ubi legitur...

VI. Obijci tertio. Paulus, 1. Cor. 10. ostendit, quod...

VII. Hoc argumento gloriatur Calvinus: inde concludens...

nem: significabant enim Christum, qui in Eucharistia daturus...

Dorro: quod Paulus non instituit ibi comparationem inter...

VIII. Obijci quarto, Sacramenta nova causant gratiam...

Respondet, ex doctrina S. Thomae, §. praed. tradita, neg. conseq.

DUBIUM V.

An saltem Circumcisio remittat Peccatum Originale, & conferat Gratiam ex Opere Operato?

S. I.

Aliqua Praemittuntur.

I. Iacet quæstio hoc videatur ex dictis Dubio precedente...

II. Circumcisio, ut supra vidimus, in aliquo sensu fuit sacramentum...

S. II.

Resolutio Prima Partis.

III. Multi non improbabiles dicunt, Circumcisionem non fuisse primario...

Justitia, sed in signo eam dedit Deus, ut cognoscibile perseveraret...

Probatur quoque hoc argumento, quod insinuat Iulianus, loco allato...

IV. Nihilominus, tamquam probabilis, dico, quod circumcisio fuit etiam...

Idem docet, lib. 1. Oper. imperf. contra Julian. cap. 50. lib. 2. de Anima...

S. III.

Resolutio Secunda Partis.

V. Circa secundum quæstum ait S. Thom. tum loco mox citato...

Et ideo alii dixerunt, quod per Circumcisionem conferebatur gratia...

VI. Dico cum eodem S. Doctore. Quod in Circumcisione conferebatur gratia...

Ratio etiam, quam supra adduximus ex S. Thom. pro reliquis veteribus sacramentis...

S. IV.

Resolutio Tertia Partis.

VII. Circa tertium quæstum, Scotus docet, Circumcisionem contulisse gratiam...

VIII. Dico, Circumcisio justificabat, neque conferebat gratiam ex opere operato...

IX. Respondet Scotus, Paulum loqui de Circumcisione postquam per Christum abrogata fuit...

X. Probatur secundo ex Concilio Florentino, in Decr. ad Armenos, ubi tradens differentiam veterum sacramentorum...

XI. Hoc idem testantur: nedom prælaudati Patres, sed & Tertullianus lib. ad Judæos, cap. 2. & 3. Cyprianus, lib. 1. adv. Judæos, cap. 8. Greg. Nyss. Tract. de Trinit. adv. Judæos...

Item Trident. Sess. 7. Can. 2. anathema dicitur ei, qui dixerit novæ Legis sacramenta, & sacramentis antiquæ Legis non differre...

XII. Hoc idem testantur: nedom prælaudati Patres, sed & Tertullianus lib. ad Judæos, cap. 2. & 3. Cyprianus, lib. 1. adv. Judæos, cap. 8. Greg. Nyss. Tract. de Trinit. adv. Judæos...

Ratio etiam, quam supra adduximus ex S. Thom. pro reliquis veteribus sacramentis, Circumcisionem congruit. In ea enim Christus venturus operabatur...

internam animae; ergo Christus in Circumcisione operabatur gratiam, non communicando ei virtutem ad causandam gratiam, sed gratiam operabatur, ut apprehensus per fidem.

Unde S. Thom. 3. par. q. 70. art. 4. citato, ait: In Circumcisione autem conferbatur gratia non ex virtute Circumcisionis, sed ex virtute fidei Passionis Christi, cuius signum erat Circumcisio: ita scilicet, quod homo, qui accipit Circumcisionem, proficiat ut suscipere talem fidem, vel alias pro parvulis.

XII. Ex his patet responsio ad argumenta Scoti. Non enim negamus nos, in Circumcisione collatam fuisse gratiam: sed dicimus, quod haec non conferbatur per Circumcisionem, quasi Circumcisio habere vim, & efficaciam per se gratiam conferendi; sed virtute fidei in Christum, cuius Circumcisio signum, & protestatio erat.

Quod si aliqui Patres videntur dicere, Circumcisionem ad remissionem originalis fuisse loco Baptismi, fecisse, quod facit Baptismus — Solum intendunt, quod sicut in Baptismo remittitur peccatum originale, ita remittitur in Circumcisione, non tamen, quod eo modo, quod remittitur nunc per Baptismum, remitteretur etiam per Circumcisionem. Cum enim, ut ajunt Patres, Circumcisio esset tantum figura Baptismi, non poterat habere vim, quam habet figuratum: ideoque significabat quidem gratiam Baptismi, sed eam per seipsum non dabat.

XIII. Sed dices. Quod conferbat gratiam sine ullo opere operantis, conferbat illam ex opere operato, & vi sua: sed circumcisio conferbat gratiam remissionis peccati originalis parvulis, in quibus certe nullum erat opus, vel fides, vel devotio etc. ergo &c.

Respondet ex dictis, neg. Min. Licet enim dum Circumcisio conferbatur parvulis nullum esset opus suscipientis; erat tamen opus Ministrum circumcidentis, qui tali actu profitebatur pro illo fidei in Christum: erat pactum Dei, qui promiserat, ad possessionem talis operis, se remittitur parvulo peccatum originale. Quare probabiliter aliqui dicunt, in Circumcisione parvulis gratiam accepisse ex opere operato, non active vi illius operis ad hoc valens efficiens: sed passiva: quia Deus illam dabat ad possessionem illius operis, ex pacto inito cum Abrahamo. Ex quo manet soluta ratio Scoti. Est enim Deus non daret Circumcisionem vim remittendi originale, nullo unquam tempore reliquit genus humanum sine remedio a tali morbo: quia sicut ante Circumcisionem subveniebat parvulis aliquid signo nobis ignoto, sicut etiam feminis quo exhibito, est nulla iustificandi vis ei inesse, illas ab originali mundabat: ita etiam post datum determinate signum Circumcisionis, eo posito, gratiam remissionis conferbat.

XIV. Hinc solum manet aliud Scoti argumentum, sumptum, ex Genes. 17. ver. 14. Masculus, cuius preparatus caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Ex quo S. August. lib. 16. de Civit. Dei cap. 27. colligit existentiam peccati originalis.

Nam cum inisset pactum cum Abrahamo, & praecepisset, ut qui vellet ab originali mundari, tali signo uterentur; consequenter qui illud omitebant, interire debebant; & in peccato mori non quia in tali signo esset virtus aliqua, sed quia non servaverant pacti conditionem; unde additur: Quis pactum meum irritum facit.

S. V.

Resolutio Quarta Partis.

XV. Dico. Circumcisio fuit per se necessaria ad iustificandos parvulos masculos Hebraeorum: ita ut, excepto casu necessitatis, & scilicet dispensationis Dei, non possent ab originali mundari, nisi fides in Christum applicaretur illis per Circumcisionem. Hoc certum est ex mox citato textu, Gen. 17. Masculus, cuius preparatus caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum facit. Licet enim Bellarminus, & alii censent, per haec verba solum imponi poenam mortis corporalis adultis, qui se circumcidere, vel filios suos neglexissent; vel parvulis, qui se circumcisio poenam cuiusdam separationis a populo Dei: Augustinus tamen, lib. 16. de Civitate Dei cap. 27. Lib. 3. contra Julianum, cap. 18. Et lib. 6. contra eundem cap. 7. quem sequitur Innocentius III. cap. Majoris, de Baptismo existimant per illa verba imponi parvulis, & adultis poenam mortis aeternae, ob peccatum originale.

XVI. Dices. Ante institutionem Circumcisionis sola fides ad iustificationem sufficiebat. Dicit enim Gregorius, lib. 4. Moral. cap. 3. Quod apud nos valet aqua Baptismatis, hoc agit apud Veteres pro parvulis sola fides; ergo sola fides eos poterat iustificare sine Circumcisione.

Respondet cum S. Thom. qu. 70. art. 4. citato, ad 3. Quod sicut ante institutionem Circumcisionis sola fides Christi futuri iustificabat tam parvos, quam adultos; ita etiam Circumcisio datur. Sed antea non requirebatur aliquod signum profectivum, huius fidei; quia nondum homines fideles servum ab infidelibus separant ad cultum unius Dei. Probabile tamen est, quod parentes fideles pro parvulis natis, & maxime in periculo visibilibus, aliquos peccati Deo fundarent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam signum fidei) sicut adulti pro se ipsi peccati, & sacrificia offerbant.

XVII. Dices secundo. Iesus 5. legitur, quod Populus, qui natus est in deserto, per quadraginta annos incircumcisus fuit. Si ergo Circumcisio necessaria erat ad salutem, omnes, qui in deserto nati, tam pueri, quam adulti, & mortui fuerunt

incircumcisus, fuerunt damnati: quod dici debet de masculis morientibus ante octavam diem.

Respondet cum eodem S. Thoma citato, ad 3. quod Populus in deserto praetermissum mandatum circumcisionis excusatur. Tum quia: nesciebant, quando castra movenda essent. Tum quia, ut Damasc. dicit (lib. 4. Orisod. sed. cap. 26.) non necesse erat, eos aliquid signum distinctionis habere, cum seorsim ab aliis populis habitabant. Et tamen, ut August. dicit (lib. 22. in Iosue, qu. 6.) inobedientiam incurrabant, qui ex contemptu praetermittent. Videtur tamen, quod nulli incircumcisus mortui fuerint in deserto: quia, ut in Psal. 104. dicitur, non erat in tribubus eorum infans: sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerant in Aegypto circumcisus. Si tamen aliqui incircumcisus mortui sunt, eadem ratio est de his, ut de his, qui moriebantur ante circumcisionis institutionem; quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octavam diem tempore Legis.

Q U A E S T I O V.

De Characteribus Sacramentalibus.

Postquam egimus de gratia, qui est effectus primarius, & dignior sacramenti, agendum est cum S. Thoma de characteribus, qui est alter effectus dignitate secundus.

D O C T R I N A.

An Sacramenta Nova Legis imprimant Characterem.

S. I.

Veritas Stansitur.

I. Communiter characteris nomine intelligitur signum quoddam, quod solet res aliqua signari, ut dignoscatur, vel feceratur ab aliis; sicut signari fides servus, vel ovis, vel res usui publico deputata: sicut pecunia signatur Regia officio, vel sigillo: vel, ut olim, qui militiae nomine dabant nota aliqua insigniebantur, quae character militaris dicebantur. Unde Character proprie supponit pro re sensibili. A Theologia tamen transfertur ad significandum signum quoddam spirituale, quo Christiani in susceptione quorundam sacramentorum cultui divino deputantur. De hoc ergo quaerimus: An per sacramenta veteri imprimatur, & an per omnia.

II. Wiclefius primo, deinde Lutherus, Zuinglius, Calvinus, alique Novatores characterem sacramentalem aperte inficiantur, tamquam quid novum in Scriptura, & Patribus. Catholici tamen omnes, per aliqua nova Legis sacramenta imprimi characterem solum. Cum quibus

III. Dico. Aliqua sacramenta nova Legis imprimunt characterem, nempe tria, Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Est dogma Fidei sanctum in Cap. Majoris de Baptismo: in Concilio Florent. in Decreto unionis, & in Tridentino sess. 7. Can. 9. his verbis: Si quis dixerit, in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile, unde in iterari non possunt, anathema sit.

IV. Prima autem pars, nempe, aliqua sacramenta imprimunt characterem, probatur ex Apolt. 2. Cor. 1. ver. 21. & 22. ubi de confirmatione dicit: Qui autem confirmatus non visum in Christo; & qui unxit nos Deus (videlicet gratia, quae recepta in Baptismo per confirmationem roboratur.) Qui & signavit nos (characterem nimirum, quo veluti signis, novo quodam ac specialis spiritus anima Deo possessa consecratur) & dedit signum spiritus in cordibus nostris. Eundem loquendi modum servat de Baptismo, ad Ephes. 1. ver. 13. dicens: In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sanctae, & cap. 4. ver. 30. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Super quo Chrysolomus Homil. 2. Povo (inquit) characterem spiritus sancti nos insigniunt. Et infra: Signati sunt Israelitae, sed Circumcisionis nota, ut peccata nos autem, non filii, signati sumus spiritu sancto.

V. Accedunt alii Patres. Cyrillus Hierosolym. in Protaecheo (sive in prologo Catecheson) Magna (inquit) res est facta, quod nobis proponitur Baptisma... signaculum sanctum indissolubile. Et Catechesi 17. Baptizato dicit: Si gratia dignitate fuerit, illustrabitur anima tua... Arca sumus Domusque terribilis: quae si non habuerit, habebit autem in anima signaculum... Et Ambrosius, lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 6. ad verba Pauli mox relata, Ephes. 1. Sancto igitur (inquit) Spiritu signati sumus, non nativitate, sed a Deo, quia scriptum est: Qui signavit nos Deus, qui signavit nos, & dedit signum Spiritus in cordibus nostris, signavit ergo spiritus a Deo sumus... Spiritus signatur ut splendorem, & aequae imaginem ejus, & gratiam tenere possimus, quod est unguis spiritus signaculum. Nam est specie signatur in corpore: veritate tamen (nota) in corde signatur.

VI. Apertius autem Augustinus characterem in tribus praefatis sacramentis imprimi docuit. De Baptismo quidem: tum Epist. 23. nu. 98. ad Bonifacium Episcopum: ubi asserit, Baptismum ab impiis in Ecclesia datum idem valere, quod imprimat Characterem: idque probat ex eo, quod illum imprimat & apud haereticos datum. Tum, lib. 6. de Bapt. contra Donat. cap. 1. dicens: Plenarii Concilii auctoritate originalis consecratio firmata est, etiam eorum, qui foris errabant, & Dominicum Characterem.

Haec a fallacibus depravatoribus suis foris acceptis, venientiam ad christianam unitatem salutem, ab errore corrigi, a captivitate liberari, a vulnere sanari; characterem tamen in ea Dominicum, agnoscere potius, quam imprimari. Item, Tract. 6. in Joanne, de baptizato extra Ecclesiam dicit: Tunc ergo quod accipit, non mutatur, sed agnoscitur. Character, est Regis mei, non ero sacerdos; corrigi deservit, non immutari characterem. Et lib. 2. cont. Epist. Parmeniani, c. 13. adducti similitudine de characteribus militari, subiungit: An forte minus hereticis sacramenta Christiana, quam corporalis haec nota? Cum videmus, nec apostatas carere Baptismo, quibus usque pro paganitatem, rediensibus non reficitur; & ideo amari non possit judicatur. Videndum etiam est, l. 2. cont. Epist. Parmeniani, cap. 13. ubi eodem exemplo desertoris militiae, cui cum revertitur non repetitur character; ostendit, nec apostatas cum revertuntur novo Baptismo tingi debere. De Confirmatione etiam lib. 2. contra lit. Petillam, cap. 104. Sacramentum (inquit) Characteris in genere visibilium signaculorum sacramentum est; sicut ipse Baptismus. De Ordine etiam, lib. 2. contra Epist. Parmeniani, cap. 13. illum comparans Baptismo ait: Utrumque enim sacramentum est; & quodam consecrationis utrumque homini datur: illud cum baptizatur, istud, cum ordinatur: idque in catholica utrumque non licet iterari. Videant ergo Novatores, quam temere effutiant, doctrinam de characteribus sacramentalibus novam esse, nec haberi in Scriptura, & Patribus.

VII. Ex dictis colligit S. Thom. 3. p. q. 63. art. 1. congruentiam huius modi: Quicumque ad aliquid certum deputatur, consuevit ad illud consuevit: sicut miles, qui adscribitur ad militiam, antiquius solebat quibusdam characteribus corporalibus insigniri, eo quod deputabatur ad aliquid corporale. Sed homines per aliqua sacramenta deputantur ad aliquid spirituale agendum, vel recipiendum pertinet ad cultum Dei ergo consequens est, ut per ea fideles aliquo spirituali characteribus insigniantur.

VIII. Probatur etiam ratione, quam indicat Tridentinum citato loco sic. Baptismus etiam indigne suscipitur, etiam in Novatorum doctrina non potest iterari, ergo signum est, quod relinquit characterem in animi. Si enim nullum relinquit, non est, cur non possit iterari; ut effectum, quem primo non produxit, denuo producat: sed hic effectus non potest esse gratia, aut fides iustificans, qui indigne suscipitur Baptizatum, etiam iuxta ipsos, haec non consentant; ergo est character, qui relinquitur.

IX. Respondent, Baptismus iterari non posse, non quia producat characterem, sed ob quadruplicem rationem. Prima: quia significat Christi mortem: Christus autem semel mortuus est. Secundo: quia Baptismus est sacramentum fidei: fides autem est una. Tertio: quia Deus in Baptismo foedus init cum homine: foedus autem divinum perpetuum est. Quarto: quia Baptismus est regeneratio spiritualis: nemo autem generatur plus quam semel.

X. Sed contra primum, sic. Etiam Eucharistia significat Christi mortem: 1. Cor. 11. v. 26. Quotiescumque manducabitis Panem hunc, & Calicem bibitis, in memora Domini annuatim: Et tamen Eucharistia, etiam per ipsos, iteratur. Contra secundum, sic. Sicut est una fides, unum Baptisma, ita dicitur Eucharistia unum panis: & tamen iteratur. Rursus: ergo fides sic una, postquam illam saepius profectat; immo ad Ecclesiam redeuntes catholice fidei professorem iterum edere jubentur, quos tamen iterum baptizare foret sacrilegium. Contra tertium. Pactum divinum in aliis sacramentis adest, immo: iuxta Novatores, nil aliud sunt quam sigilla huius pacti: & tamen iterantur. Deinde: pactum Dei est perpetuum, si homo servet conditiones pacti appositas: ad fieri potest, ut homo non servet illi, quod promiserat in Baptismo; ergo pactum non impedit, quin iteretur. Contra quartum. Recipiens indigne Baptizatum non regeneratur spiritualiter, cum pium suscipit: & tamen adhuc iterari non potest. Item: estis via naturae non possit homo produci, nisi semel, potest tamen in vita gratiae pluries reproduci: cur ergo non poterit etiam semel spiritualiter generari regenerari? Quod ergo Baptismus iterari non possit, ex eo procedere potest, quod in anima notam & characterem relinquit. Unde S. August. l. 2. contra Epist. Parmen. c. 13. a S. Thoma relatus, hoc art. 1. si militia characteris in corpore suo non militans perditur, & ad eleumatum imperatoris transfertur, ac prope sua, & impetrata iam omnia militaria capit; nunquid hominem liberato, a quo corpore, character ille reperitur, ac non potius agnitus approbatur? An forte minus habent sacramenta Christiana: quam corporalis haec nota?

XI. Secunda vero pars, quod nimirum alia sacramenta, praeter tria recensita, non imprimant characterem, probatur a S. Thom. 3. p. q. 63. art. 6. Sic. Per illa sola sacramenta character imprimitur, per quae homo specialiter deputatur ad agendum, vel recipiendum aliquid pertinet ad cultum Dei: sed non omnia sacramenta sic disponunt hominem, sed sola tria: ergo &c. Maj. explicatur pulchra analogia. Illi soli apud homines conveuerunt ad Imperatoribus characterem insigniri, qui suscipiunt potestatem, vel suscipiendi, vel exercendi aliquid officium publicum in Civitate, vel Regno. Attamen non omnes, qui in mensa Regis comedunt, aut qui Regi reconciliantur, aut qui homines in Regno multiplicent, characterem insigniuntur; sed soli illi, qui ad familiam Regis admittuntur, qui militent in ejus exercitu, & quibus committitur aliquid officium speciale ad gubernium Regni. Minore probi. Quamvis enim omnia sacramenta sint ceremoniae, & cultus sacri; & omnia exhibent aliquid remedium contra peccatum, quia omnia conferunt gratiam: non tamen omnia, Groti Theol. Tom. III.

sed sola tria ordinantur directe ad hominem bene disponendum, & consecrandum circa cultum Dei. Poenitentia enim solum tollit in gradum poenitentem; Extrema unctio solum remouet reliquias peccatorum; Matrimonium solum datur ad referendos concupiscentiae vires. Eucharistia, esse fit essentialiter cultus, quia Sacramentum Ecclesiae, non tamen ordinat, vel deputat hominem ad aliquid ulterius agendum, vel recipiendum in sacramentis: cum potius sit finis, & consummatio omnium sacramentorum. At per Baptismum confectae homini fructus suscipiendi cetera sacramenta; & datur introitus in familiam Christi. Per Confirmationem adscribitur militia Christi, & accipit robur ad pugnam pro Christo: per Ordinem datur facultas offerendi Sacramentum, aliaque sacramenta ad Dei cultum ministrandi; ergo &c.

S. II.

Solutio Objectionum.

XII. Obijciunt primo contra primam partem Novatores, Nomen characteris in Scripturis non legitur.

Respondet, quod esse nomen characteris in Scripturis non legitur, legitur tamen res significata per nomen; nempe, nos Spiritu Sancto Signari, ut ostendimus ex Paulo. Neque enim necesse est, ut omnia nomina, quibus in re fidei utimur, expresse in Scripturis inueniamus. Nomina quippe Hippolyti, & Persona expresse Scriptura non habet, ut ex Hier. Epist. 14. alias 17. ad Damasum. Patrem esse Ingenium, Scriptura non dicit, teste August. Epist. 175. modo 239. & tamen haec nec ipsi haeretici inficiantur.

XIII. Dices. Character significare debet aliquid sensibile; sed nihil sensibile potest imprimi in anima; ergo &c. Mihi probatur. Nam per nos character est distinctus baptizati, a non baptizato: si autem sensibile non est, unde dignoscitur poterit?

Respondet, satis esse, ut sit sensibile in sua causa; qui imprimitur per sacramentum sensibile; & etiam in suis effectibus: datur enim ad effectus sensibiles, quod factus est. Hoc enim ipso, quod externo sensu cognoscimus, aliquo modo baptizatum, videmus eum ad alia sacramenta promoueri; cognoscimus etiam, interius in ejus anima esse characterem.

XIV. Obijciunt secundo, & instant. Sicut per sacramenta nova Legis distinguitur fidelis ab infideli, ita etiam per sacramenta veteris Legis: sed haec non imprimebant aliquem characterem in anima; ergo &c.

Respondet ex S. Thom. 3. part. q. 63. art. 1. ad 3. Quod sacramenta veteris Legis non habebant in se spirituales virtutes, ad aliquem spirituales effectum operandum; & ideo in illis sacramentis non requirebatur aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis Circumcisio, quam Apostolus signaculum nominat. Rom. 4. Immo ex hoc conficitur argumentum pro nobis sic. Sacramenta vetera, quae conferbant vi sua sola sanctitatem externam, corporalem, & legalem, relinquebant characterem in corpore, ut constat in Circumcisione; quae corporali nota distinguitur Judaeos ab aliis, eoque idoneos efficiebat ad alia caeremonias legales: ergo Baptismus, cuius figura fuit Circumcisio, & qui sanctitatem veram, & spirituales conferret, & christianos ab aliis distinguit, eoque reddit idoneos ad alia sacramenta, relinquit characterem spirituales in anima.

XV. Obijciunt tertio. Character significat distinctionem membrorum Christi ab aliis: sed hoc fit per externam praedestinationem; quae nil ponit in anima; ergo &c.

Sed respondet, dist. Maj. Distinctionem, quoad aetate praesentis Ecclesiae convenientes, conc. maj. Quoad praemium future gloriae, nego maj. & similiter dist. min. nego cont. S. Thom. citat. ad 1. dicens: Fidelis Christi ad praemium quidem futura gloria deputatur signaculo praedestinationis divinae; sed ad alium convenientes praesentis Ecclesiae deputatur quidam spiritualis signaculo eis insignio, quod character dicitur.

XVI. Obijciunt quarto. Dum homo militia adscribitur, sufficit, ut verbotenus admittatur a Duce, ut in aliquo libro describatur, absque eo quod corporali sigillatur character; ergo, ut homines adscribatur militia Christi, nullus requiritur in anima character.

Respondet, omnino aut. (nam ut ex August. vidimus olim milites aliqua nota distinguebantur, & modo, si non in corpore, saltem in vestibus, ut alio externo characterem distinguerent) nego consequ. Major enim est efficacia voluntatis, & operationis divinae, quam humanae. Unde sicut amor humanus nihil producit in amato; amor tamen divinus, gratia, alique donis supernaturalibus intrinsece ornat quem amat: sic etiam Dux humanus ad militiam adscribit homines nihil in eis efficiendo; Deus tamen eos, quos suos facit, charactera donat interno, quo a non suis fecerantur.

XVII. Obijciunt ultimo contra secundam partem. Per omnia sacramenta fit homo particeps Sacramenti Christi: sed character sacramentalis nil aliud est, quam participatio Sacramenti Christi; ergo &c.

Confirmatur. Character est quaedam consecratio hominis Deo; sed quolibet sacramento homo dicitur, & consecratur Deo, cum sanctificetur; ergo &c.

Respondet cum S. Thom. 3. p. q. 63. art. 6. ad 1. Quod per omnia sacramenta fit homo particeps Sacramenti Christi, ut participans aliquem effectum ejus: non tamen per omnia sacramenta deputatur ad agendum aliquid, vel recipiendum, quod pertinet ad cultum Sacramenti Christi: quod quidem existit ad hoc, quod sacramentum Characterem imprimat.